



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

siam similiter de Messana, quam Falconi Canonico, & beneficium quod Thomae filio I. Ferrarii in grave prajudicium Ecclesiae tuae diceris contulisse, ad priores usus non differas, appellatione postposita, revocare. Datum Romæ, ut supra.

VVALTERO ROTHOMAGENSI
Archiepiscopo.

Epiſt. 107.

Vt Clerici ad residentiam personalem apud suas Ecclesiæ compellantur.

CVM scriptum sit, *Qui non laborat, non manducet*, incongruum credimus & indignum ut Clerici Ecclesiæ illis non serviant, quarum amplis redditibus sustentantur. Significasti siquidem nobis, quod quidam Canonicorum Rothomagen. Ecclesiæ, qui redditus ex ea percipiunt & præbendas, in ipsa residentiam non faciunt quam deberent. propter quod eadem Ecclesia debito fraudatur obsequio servitorum. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis precibus annuentes, ad faciendam eos residentiam, sicut jus & Ecclesiæ consuetudo depositit, per censuram ecclesiasticam compellendi liberam tibi concedimus auctoritate apostoli facultatem. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum x. Kalend. Maij, Pont. nostri anno primo,

E I D E M.

Epiſt. 108.

De permutatione cuiusdam cum Anglorum Rege initæ confirmatione.

CVM emergentium litigia quæstitionis cuiusdam cum Anglorum Rege initæ confirmatione.

num vix possint sine alterutrius litigantium læsione judicialiter diffiniri; si quando partes inter se super mota quæstione honeste convenient, tanto libenter compositioni eorum præsidium apostolicum impartimur, quanto per hoc neutrum lædimus, & amplius utrumque juvamus. Intelleximus siquidem tam ex literis tuis, quæm carissimi in Christo filij nostri Ricardi Angliæ Regis illustris, & plurium aliorum, quod super discordia quæ inter te & eundem Regem super villam Andeliai cum Rupe ac Insula mota fuerat, regia serenitas evangelicum illud attendens, *Qui se humiliat, exaltabitur, & Quanto major es, humilia te in omnibus*, humiliavit magnificentiam suam, & severitatem regiam passus est emolliri, ut ad honorem ejus cui servire regnare est, amicabilem tecum compositionem iniret, & in utilitate Rothomagen. Ecclesiæ molendina quæ habuit apud Rothomagum, cum villis de Diepa, & Boteilles, & manerio de Lo-

vers, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, & ministerio de Lovers, & foresta de Alihermont, sicut in authentico ejusdem Regis confecto exinde pleniū continetur, tecum perpetuò commutarer. Nos igitur permutationem ipsam, sicut amicabiliter facta est, & ab utraque parte recepta, & authentico ipsius Regis exprimitur, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem hujus nostræ confirmacionis evidentiam, authenticum ipsum de verbo ad verbum nostris duximus literis exprimendum. quod tale est. Ricardus Dei gratia Rex Angliæ, Dux Normannia, Aquitaniæ, Comes Andegaviae, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Iustitiariis, Seneschalcis, Vicecomitibus, Praepositis, Ministris, Ballivis, & omnibus fidelibus suis, salutem. Cùm sacro sancta Ecclesia sponsa sit Regis Regum, & unica dilecta illius per quem Reges regnant & Principes gubernacula possident, tanto ampliore ei volumus devotionem & reverentiam exhibere, quanto certius non regiam tantum, sed omnem à Dominio Deo esse credimus potestatem. Vnde, sicut venerabilis Rothomagen. Ecclesia, quæ inter universas terrarum nostrarum plurima celebritate dinoscitur enitere, pro rerum necessitate vel temporum nostris ducit utilitatibus opportuna diligentia consulendum, sic nos ejusdem matris nostræ commodis & augmentis digna compensatione dignum ducimus respondere. Sanè villa Andeliaci, & quibusdam aliis adjacentibus locis, quæ erant Rothomagen. Ecclesiæ, minus sufficienter firmatis, inimicis nostris in terram nostram Normannia per eadem loca patebat ingressus, per quæ incendiis & rapinis necnon & aliis hostilitatis sævit in eandem terram nonnunquam licentius grassabantur. Quocirca venerabili patre Vvaltero Archiepiscopo & Capitulo Rothomagen. debitum habentibus ad nostra & prædictæ terræ nostræ damna respectum, facta est hæc permutation inter Eccle. Rothomag. & Archiepiscopum Rotho. Vvalterum ex una parte, & nos ex altera parte, de manero de Andeli in hac forma. Scilicet, quod idem Archiepiscopus de conscientia & voluntate Domini Papæ Celestini III. & de assensu Capituli Rothomagen.

„ Ecclesiæ & coëpiscoporum suorum &
 „ cleri ejusdem archiepiscopatus, concele-
 „ sit & in perpetuum quietum clamavit
 „ nobis & heredibus nostris prædictum
 „ manerium de Andeli, cum novo castel-
 „ lo de Rupe, & cum foresta, & cum aliis
 „ omnibus pertinentiis & libertatibus suis,
 „ exceptis Ecclesiis & præbendis & feedis
 „ Militum, & excepto manorio de Fraxinis,
 „ cum pertinentiis suis. Quæ omnia idem
 „ Archiepiscopus Ecclesiæ Rothomagen.
 „ & sibi & successoribus suis retinuit, cum
 „ omnibus libertatibus & liberis consuetu-
 „ dinibus suis & cum omni integritate sua
 „ in perpetuum; ita quod tam Milites,
 „ quam Clerici, & omnes homines, tam de
 „ feedis Militum, quam de præbendis, se-
 „ quenr molendina de Andeli, sicut con-
 „ fieverunt & debent; & moltura erit no-
 „ stra. Archiepiscopus autem & homines
 „ sui de Fraxinis molent ubi idem Archie-
 „ piscopus volet; & si voluerint molere
 „ apud Andeli, dabunt molturas suas, sicut
 „ alij ibidem molentes. In escambium au-
 „ tem prædicti manerij de Andeli cum per-
 „ pertinentiis concessimus & in perpetuum
 „ quieta clamavimus Ecclesiæ Rothoma-
 „ gen. & prædicto Archiepiscopo & suc-
 „ cessoribus suis omnia molendina qua
 „ nos habuimus Rothomagi, quando hæc
 „ permutatio facta fuit, integrè cum omni
 „ sequela & moltura sua, sine aliquo rete-
 „ nimento eorum que ad molendina per-
 „ tinent, vel ad molturam, & cum omni-
 „ bus libertatibus & liberis consuetudini-
 „ bus quas solent & debent habere. Nec
 „ alicui alij licebit molendinum facere
 „ ibidem ad detrimentum prædictorum
 „ molendinorum. & debet Archiepisco-
 „ pus solvere eleemosynas antiquitus sta-
 „ tutas de eisdem molendinis. Concessi-
 „ mus etiam eis villam de Diepa, & villam
 „ de Boteilles, cum omnibus pertinentiis
 „ & libertatibus & liberis consuetudini-
 „ bus suis, exceptis eleemosynis constitu-
 „ tis in manorio de Diepa à nobis & ante-
 „ cessoribus nostris; quarum summa est
 „ trecentæ & septuaginta duæ libræ, qua
 „ debent solvi per manum prædicti Ar-
 „ chiepiscopi & successorum suorum his
 „ quibus assignatae sunt. Concessimus
 „ etiam eisdem manerium de Loviers,
 „ cum omnibus petentiis & libertatibus
 „ & liberis consuetudinibus suis, cum mi-
 „ nisterio de Loviers; salvis ad opus no-
 „ strum venatione nostra, & destructio-
 „ ne forestæ: ita tamen quod non sit in

* reguardo. Concessimus etiam eis totam „ forestam de Aliermont, cum feris, & om- „ nibus aliis pertinentiis & libertatibus „ suis, sicut eam habuimus. Hæc autem „ omnia in escambium prædicti manerij de „ Andeli cum prædictis pertinentiis data „ habebunt Ecclesia Rothomagen. & præ- „ dictus Archiepiscopus & successores sui „ in perpetuum, cum omnibus libertatibus „ & liberis consuetudinibus suis, sicut pre- „ dictum est. Homines autem prædicti Ar- „ chiepiscopi de prædicto escambio habe- „ bunt omnes libertates & liberas consue- „ tudines quas habuerunt homines de An- „ deli dum manerium ipsum esset in manu „ ipsius Archiepiscopi. Hæc etiam omnia, „ quæ idem Archiepiscopus in hoc escam- „ bio recepit, vvarantizabimus nos & he- „ redes nostri Ecclesiæ Rothomagen. & „ prædicto Archiepiscopo & successoribus „ suis in perpetuum contra omnes homi- „ nes; ita quod si aliquis escambium ali- „ quod est recepturus pro aliquo prædi- „ torum quæ memoratus Archiepiscopus „ hic recepit, nos vel heredes nostri facie- „ mus illud escambium, & Ecclesia Rotho- „ magen. hæc omnia prædicta in perse- „ tum pacificè possidebit. Nos autem, „ quantum Rex potest, excommunicamus „ & concedimus quod incurrat indigna- „ tionem omnipotentis Dei quicunque „ contra hoc factum venerit. Testibus his, „ Huberto Cantuariensi Archiepiscopo, „ Iohanne Vvigorniensi, Hugone Co- „ ventrensi, Savarico Bathoniensi, Henri- „ co Bajocensi, Garino Ebroicensi, Lisiar- „ do Sagieni, Vvilielmo Lexoviensi, Vvil- „ lielmo Constantiensi Episcopis, Vviliel- „ mo Abrincensi Electo, R. sanctæ Trini- „ tatis de Monte Rothomagensis, Regino „ sancti Vvandregisili, Victore S. Georgij, „ Arturo Vlterioris Portus, Osberto de „ Pratellis, Hugone de Augo, Guillelmo „ de Cornavilla Abbatibus, Iohanne Co- „ mite Moretonij, Othono Comite Picta- „ vensi, Balduino Comite de Albemarle, „ Radulfo Comite Augi, Vvilielmo Ma- „ rescallo Comite de Strigoill, Vvilielmo „ filio Radulfi Senescalii Normanniae, Ro- „ berto de Torneham Senescalio Ande- „ gvensi, Vvilielmo de Humeto Consta- „ bulario Normanniae, Giliberto filio „ Renfredi, Hugone Bruno, Gaufrido „ de Leziniaco, Vvilielmo de Rupibus, „ Radulfo Camerario de Tancayvilla, „ Vvilielmo Marcello, Radulfo * Teif- „ sim, Gaufredo de Say, Roberto de Ha- „

* Apud
Radulfum
Dicente
vvaldo,

* Apud
Duches-
nium Te-
xon.

60 Epistolarum Innocentij III.

recourt, & multis aliis. Datum per manum Eustachij electi Helien, tunc agentis vices Cancellarij, apud Rothomagum, anno ab incarnatione Domini M. c. XCVII. XVI. die Octobris regni nostri anno VII. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, v. i. Kalend. Maij, Indictione I. Incarnationis Dominicæ M. c. XCVIII. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno primo.

ATREBATEN. TORNACEN.
& Morinen. Episcopis, & electo Camerac.

Epiſ. 109.
De electionis
negotio ſugere
electione P̄x-
pofiti Siclinien
terminando.

Cap. Cūm illius
De fent.
& re iudicata
in Tertia Collect.

Cūm illius vicem, licet immorit, geramus in terris, cujus virga regni virga eſſe dignoscitur æquitatis, delatas ad apostolatus nostri notitiam quæſtiones ſic nos convenit examinatis diligenter causarum meritis juſto judicio diſſinire, quod in nostri non appareamus exēcutione officij negligentes, & cuique, prout tenemur, ſuam videamur iuſtitiam conſervare. Sanè licet tempore felicis record. C. Papæ p̄deceſſoris nostri quæſtio inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem uxorem quondam Philippi Comitis Flandriæ & Capitulum Siclinien. Ecclesiæ ſuper electione P̄p̄oſiti fuerit diutiū agitata, & ſuper cauſa ipſa reſcripta ſæpe apost. emanauit, novifimè tamen utriusque partis nuncij ad ſedem apostolica acceden-tes, poſt ejusdem p̄deceſſoris nostri obitum, luas proponere in noſtro audi-rio quæſtiones. Et primò quidem dilectus filius magiſter Egidius, p̄fato Comitiffæ procurator & nuncius, pro ea taliter allegavit: Quod cūm obeunte G. quondam Siclin. P̄p̄oſito Siclinien. P̄p̄oſitura vacaret, ipſa, ad quam terra illa jure dotalitij ex dono p̄diicti Com. fuerat devoluta, ſicut idem Comes à longis retroactis temporibus, cūm Siclinien. P̄p̄oſitura vacavit, in eadem Ecclesia P̄p̄oſitum dignoscitur elegiſſe, uti ſuo jure cupiens, virum idoneum, literatum, & honestum, qui non habebat alium perfonatum, magiſtrum *C. in P̄p̄oſitum Siclinien, elegit, & ad Siclinien. Ecclesiæ destinavit, rogans & poſtulans à Canonicis Eccle. memoratæ, ut ei juſ ſuum conſervantes illæſum, illum, quem ad eos destinaverat, recipere in P̄p̄oſitum non diſſent. Quem cūm in Ec-

cleſia Canonici residentes admittere penitus recuſauit, ipſa Comitiffæ juſ ſuum & electionem, quam fecerat, ſub apostoli-ca protectione constituit, & ad Romanam Eccleſiam appellavit. Poſtea vero cūm de communi affenſu Capituli Eccleſie memoratæ fuerit interpoſita appella-tione prohibitum, ne quis ab eis nomina-retur in P̄p̄oſitum, niſi communi deli-berato confilio, (ſicut in literis quorun-dam Canonicorum ejusdem Eccleſie maniſtē conſpicitur contineri) quinque tantum Canonicorum dilectum fi-lium Iohannem de Bitunia, qui ſeptem alias habere dicitur p̄laturas, aliorum affenſu minimè requiſito, qui erant ab-ſentes, & qui residentes in eadem Eccleſia erant apud Siclinium non vocati, nullūmque affenſu ipſi electioni p̄bentibus, in P̄p̄oſitum elegere & inſtallavere. contra cujus installationem ex parte Comitiffæ iterato fuit ad ſedem apostolica appellatum. Verū cūm cauſa eadem tibi frater Atrebaten. Epiſcope & tuis conſjudicibus fuifet ab apoſtolica ſede commiſſa, & ab examine veſtro neutra partium appellauit, p̄di-ctus Iohannes de Bitunia ignorante parte altera nuncium tuum latenter ad ſedem apostolica destinavit, & ſe ſimplicem Clericum, Iohannem ſclicer de Bitunia, dolosè faciens appellari, & falſo ſigniſcans violentiam per Comitiffam Siclini. Canonicis irrogatam, & de interpoſitis appellationibus ab eadem Comitiffæ men-tione non habita, ſe afferens ele-đum canonice in P̄p̄oſitum, a p̄fato p̄deceſſore noſtro ad venerabilem fra-trem noſtrum Epifcopum & dilectos fi-los Decanum & P̄p̄oſitum Sueſſionen. literas impetravit: quibus datum eſt in mandatis, ut eandem Comitiffam denun-ciarent excommunicationis vinculo de-tineri, & tamdiu ab omnibus evitandam, donec Eccleſię Siclinien. & paſſis injuriā de ablatis omnibus & irrogatis injuriis ſatisfaceret competenter, & de ſpeciali eſſet mandato ſediſ ap. abſoluta. Qui etiam ſolicite providerent, ut ſi elec-tionem P̄p̄oſiti ad dictos Canonicos ex le-gitimis eorum aſſertionibus cognoſceret pertinere, ſepenominata nobili & ciuili-bet laicæ perſonæ perpetuum ſilentium imponerent, & facerent P̄p̄oſitum ipſum collatae ſibi canonice dignitatis, ap-pellatione remota, pacifica poſſeſſione gaudere. Iudices autem ipſi nulla cauſe

*In edit. Coloni-
hoc loco ponit-
tur E. ſed infrā,
& in Tertia
Collect. C.

Vide cap. Cdm
janndum. De
prab. & digo
Clericis.